



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio
Perfectionis Libri Dvo**

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

XII. Mores animi sequi Temperamentum corporis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

des & ignaui sunt, vt iudicium nullum habeant, nihil capiant, nihil recordentur: stupidi vt truncus, fungis insipidiores. Multum est, si hic cognoscant esse vnum Deum, de PERFECTIO-NE nihil prorsus concipiunt: de quibus tamen mantuetissimus Dauid: *Homines & iumenta saluabis, Domine.* Et D. Augustinus, deplorans hanc miseriam, ita scribit D. Hieronymo: *Tam tardi nonnulli sunt, & obliuiosi, vt ne prima quidem discere litterarum elementa potuerint: quidam vero tanta sunt fatuitatis, vt non multum à pecoribus differant, quos moriones vulgo vocant.* Magna ergo ad res gerendas, & ad profectum virtutum, temperati sanique corporis accessio est: thesaurus incomparabilis sanitatis, quo tamquam subiecto fundamento magna Deus in iis, quos illo beneficio dignatur, operatur. Sed hactenus de Temperamentis morbisque: nunc de Complexione ac animi vitiis aliquid dicendum: quod ab instituto nostro alienum non esse, & probat argumentum quod tractamus, & officij mei ratio, cui, Superiorum præscripto, cum rerum spiritualium præfectura, tum infirmorum curandorum prouincia demandata est.

C A P. XII.

Mores animi sequi Temperamentum corporis.

14. **A**lterum quod vehemèter virtutis functionibus suffragatur, est Complexio *Complexio nem bonâ* corporis.

*Psalm. 35.
Epist. 28.
ad Hiero-
nymum,
post mediū.*

PRO IMPEDIM
ET
STILLO PER
HO

*virtutis
functionib.
suffragari.* poris, seu humorum coalitio, cum Temperie ac proportione debita. Aliud enim Temperamentum seu ratio mixtionis principum qualitatum, aliud Complexio cuiusq; naturæ. Nam ab elementorum viribus primo similium partium, ex his deinde corporis vniuersi compositionem ductam esse constat ex dictis: vt proinde palam esse debeat, omnem Temperamenti rationem elementis primum deberi, his acceptis referri, in iis sitam esse, vt quæ totius substantiæ compleuerint: humores vero, ipsaque supernacanea, corporis partes non esse, sed ab eo dumtaxat contineri, ideoque ab Hippocrate contenta nuncupari: quare nullum Temperamentum dici debere biliosum, sanguineum, pituitosum, melancholicum, sed hæc nomina ab humoribus in corpore contentis deriuari.

Iob 10.

*Formatio-
nis homi-
nis descri-
ptio.*

Gen. 2,

Et Propheta quidem Iob, declarans suam generationis humani plasmationem, ait: *Memento queso, quod sicut lutum feceris me. Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? pelle & carnibus vestisti me, osibus & neruis compegisti me.* In luto duo sunt, puluis & aqua: lac quoque ex sanguine fit, sicut & caro ex sanguine generatur. Mixto coagulo densatur lac, & dum comprimatur, serum erumpit. Comparatur ergo formatio hominis primum mixtionis aquæ cum puluere, ex quo lutum conficitur: vnde Scriptura dicit: *Formauit hominem de limo terra.* Deinde comparatur profusioni seu aspersioni lactis super materia aridiori: & hæc formatio respondet priori pulueris & aquæ mixtionis, ne dicamus ad pro-

page

pagationē seu generationem hanc nullionem
 pertinere, propter decisionem seminis paterni
 ex omnibus corporis partibus : & coagulari,
 propter constipationem & congelationem ma-
 teriæ quam mater subministrat : etsi non pauci
 de propagatione ac generatione literam hanc
 interpretentur atque inter cæteros, acute, nec
 inconcinne Franciscus vallesibus. Caseus for-
 matus repræsentat hominis corpus, cum omni-
 bus suis partibus : quare humores adiuncti & ex-
 pressi designant humani corporis humores, ab
 ipso corpore separabiles : per aquam, pituitam;
 per lac, sanguinem; per serum, flauam & atram
 bilem, ob coaguli mixti acerbiteriam & acrimo-
 niam. Et quia corpus humanum ex elementor-
 um mixtione conflatum est, humores ab iis
 expressi naturam & condicionem elementor-
 um sortiuntur. Melancholia terræ comparatur
 utpote frigida & sicca : phlegma, seu pituita, a-
 quæ quam simillima est, quia humida & frigida:
 sanguis est calidus & humidus : idcirco aerei
 sunt sanguinei, & sæpe per aerem volare viden-
 tur, aut à terra sublimes discurrere, vix extremo
 pede solum attingentes: quod de Camilla refert

*Sacra Phi-
 losoph. cap.
 24.*

*Virgil. 7.
 Æneid. in
 fine.*

Virgilius:

*Hos super aduenit Volsca de gente Camilla,
 Agmen agens equitum, & florentes are cateruas,
 Bellatrix, non illa colo calathifue Minerua
 Feminæ assueta manus, sed prælia virgo
 Dura pati, cursuque pedum præuerrere ventos.
 Illa vel intacta segetis per summa volaret
 Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas;*

Vel

*Vel mare per medium fluctu suspensa tumentis,
Ferret iter, celeres nec ringeret equare plantas.*

Ea natura est sanguineorum.

Phlegmatici somniant non raro, se in puteo

*Conditio-
nes varia-
rum Com-
plexionum
Sanguis in-
ter hu-
mores
corporis pri-
mas obti-
net.*

*Auicenn. II.
doct. 4. c. 1.*

*Secundas
Pituita.*

Tertias

Cholera.

*Quartus
Melancho-
lia.*

*Animi mo-
res sequi*

*Tēperiem
ac Com-
plexionem
corporis.*

fluuiosue prolabi: melancholici, mortuos cer-
re, eosdem sepeliri ac terræ mandari: biliosi
seu cholericus, se carnificinam cædes, incendia
moliri. Sanguis inter humores principem locum
obtinere: est enim spirituum in quibus vita
consistit, omnisque operatio vegetatiua, vitalis
& animalis, subiecta materia: deinde, quia san-
guis temperate calidus & humidus confortat
mior est vitæ principis: denique amplius nutri-
& restaurat id quod exhaustum & deperditum
est, quam cæteri humores. Summa thesaurus
est naturæ; quo perditio, de vita quoque actum
est. Secundum probitatis locum sibi Phlegma
vendicat, vel quia tempore necessitatis con-
coctione mutatur in sanguinem, ideoque nul-
lum proprium habet receptaculum, sed cum
sanguine mixtum incedit: vel quia vicinior est
humido radicali, quod est veluti basis ac vitæ
fundamentum. Sequitur tertia, Cholera, qua
naturalis calori, quam diu mensuram seruat, so-
cia est. Ultima ac deterrima, Melancholia, suble-
nitur cæteris, velut fax & sedimentum sangui-
nis, elongata à principis vitæ, inimica lætitiæ &
liberalitatis, cognata senio & morti.

15. En materia ac lutum, quo supremus figu-
lus vasa præstantissima fingere voluit in hono-
rem: quamquam & ex eadem multa contume-
liæ ministerio seruiant. Hæc enim si temperata
fue-

fuerint, generant ætatem floridam, venustatem
 morum, urbanam conuersationem, ac vitæ so-
 cialis conformationem. Hoc ipsum Galenus,
 medicorum parens, multis confirmat, dicens
 animam perspicaciorem reddi Temperatura commode-
 ratione. Agit vero vniuersim, tam de Tempera-
 menti quam de humorum Temperie, & addit:
 Videmus pueros complures, iisdem parentibus ortos,
 ab iisdem præceptoribus educatos, iisdem alimentis vsos,
 natura tamen quam longissime inter se differre. Vn-
 de, quæso, nisi quod diuersæ Complexiones
 diuersimode afficiant, non tantum diuersis pa-
 rentibus ortos, sed etiam vterinos? quid dico?
 etiam geminos. Quantum discrimen inrer Esau
 & Iacob fratres, qui ex eodem patre, eadem ma-
 tre, eodem pane fusi momento! ille pilosus,
 hic lenis: ille seuerus, hic blandus: ille siluestris,
 hic urbanus, & ad omnem moderationem com-
 positus. Quare idem Galenus statuit, *animi mo-
 res sequi Complexionem corporis*: & qua quilibet
 condicione sit, abunde moribus & propensio-
 ne testari. Disputans ergo cur aliqui vitiosi sint,
 alij non item, adfert Possidonij lententiam:
*in nobis ait intestina quædam vitiorum semina &
 tamquam igniculos delitescere: nec tam nobis à vitio-
 sis cauere, quam vitiorum incrementum restringere &
 coercere esse opus. Non enim, vt refert Stoicorum opinio,
 totum extrinsecus ingruit in nostros animos vitium,
 sed plurimum in seipsis homines vitiosi causa habent:
 quod extrinsecus aduenit, longe minus est: proinde sane,
 consuetudine praua accedente, secundum partem ani-
 me ratione carentem prauum reddimur: falsis autem*

K

opi-

*Clas. ti-
 tulo. Quod
 animi mo-
 res corporis
 Tempera-
 turas se-
 quantur.*

Lib. sup. ci.

PRO MBEIUS
 IN
 TITULO PERI
 HO...

opinionibus secundum intellectualem partem imbu-
mur: sicut dum à bonis sincerisque viris instru-
mur, opiniones quidem veræ sunt, mores autem ha-
mani. At in cogitatrice animæ parte intellectio stultitia
que ratione maioris minorisque euariantes corporis
Temperaturas sequuntur: ipse autem Temperatam
primam in vtero generationem, & cibum probos succos
parantem habent auctorem. Atque hæc mutuo sese
adaugent, & fouent. Calida namque (exercentis
causa) Temperies iracundos facit; inde rursus iracun-
dia ingenitum calorem accendit, & igneum redde-
contra, qui mediocri Temperatura constant, mediocri-
ter quoque commoti animo, ad probos succos gignendos
proficiunt. Non omitto perpulchrum discen-
sum, ad veritatis huius comprobationem
quem alibi idem auctor attexit, adferens va-
rias Philosophorum opiniones, quibus probat
non modo corporum Temperiem, sed etiam
succum haustum in materno corpore, prauam
que educationem, imo climatam diuersorum
conditiones, moribus ingenerandis plurimum
adferre momenti. Porro eis vitioso (ait) corporis ha-
bitu languere animam, ac neminem sponte esse ma-
lum, sed ob prauam habitudinem corporis, & rudem
educationem, ac proinde nec debere turpia vituperari,
professus quidem est Plato in Timæo: Aristoteles autem
secundo de partibus animalium ipsius animæ vires ma-
terni sanguinis sequi Temperiem existimat: qui rursus
libro de historia animalium inuit, instrumentariarum
partium figurationem animæ moribus accommodari
ac proinde ex illa reconditos hos agnosci. Hippocrates
etiam in libro de aquis, aere, ac regionibus ait, eos qui
plagam

Plato.

Aristoteles

Hippocra-
tes. Mores

plagam Septentrionalem incolunt, aut etiam montana- plerumque
 na, agrifissimis moribus esse praditos: Asiam au- sequi natu-
 tem regionibus ceteris longe clementiorem existere; in ram regio-
 caque omnia multo grandiora ac meliora nasci; mores nis.
 hominum tum mitiores, tum ad agendum promptiores
 esse, ob Asiatici caeli optimam Temperiem; haberi tamē
 illis magis imbelles homines, quam in Europa. In sum-
 ma vero, species & mores hominum aut plerumque na-
 turam regionis sequi Hæc ibi. Denique initio libel Lib. cit.
 liquem de hac re scripsit ex professo, ita incipit:
 Quem admodum ex cibo & potu, nec non ex quotidia-
 nis exercitationibus, bonam corpori conciliamus Tem-
 periem: sic etiam ex hac, ad virtutem animæ compa-
 randam, nonnihil emolumenti attulerimus. Verum
 diceret aliquis neminem ergo vituperandum,
 laudandum neminem; quia non à prava volun-
 tate, vel bona, mali boniue reputari debemus,
 sed à pravo Temperamento. Non ita est; sed bo-
 nos facit animus integer, alios deprauat sua pra-
 ua voluntas. Vehementer tamen iuuat propen-
 sam ad malum voluntatem deprauatę natu-
 ræ condicio: temperata item multa impedi-
 menta remouet à virtutis complexu. Profi-
 temur tamen in deprauatis hominum mori-
 bus decretum illud diuinum vigere semper o-
 portere, *Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis*
Genes. 4.
illius. & in compositis naturis, Sine me nihil pote-
Ioan. 15.
stis facere. Sed audiamus quid Ethnicus ille dicat
 huic obiectioni respondens. Ceterum qui cun-
 ctos homines virtuti comparanda idoneos, & qui nul-
 lum iustitiæ amantem esse arbitrantur, (quod est nul-
 lum finem naturalem statuere) vtrique hominum
 K 2 natu-

naturam ex dimidio tantum cognoscunt. Neque enim omnes iustitia hostes, neque omnes amatores nascuntur. ob corporis Temperaturam vtrique tales geniti. Ac si quis ne, qui talia astruunt, subinde petunt, quo videlicet re quispiam debeat laudari, vituperari, odio haberi, amari, cum probus aut improbus non suo pro ingenio sed à Temperatura sit factus, quam ab aliis causis que que accepisse deprehenditur. Quia, scilicet respondimus nos, omnibus hoc nobis inest, ut amplectamur bona, ambiamus, amemus: malum abominemur, atque procul arceamus. Ex quo patet, etiam Ethnicum hunc liberam electionem boni & mali in lumine agnouisse; & virtutis bonitatem, vitii turpitudinem, eligenti ac facienti ascribendam esse.

C A P. XIII.

*Deteriorem Complexionem eiusque vitia
PERFECTIONI acquirenda remoram
ac impedimenta plurima
obiicere.*

*Sanguineorum
Complexio, eorumque
vitia.*

16. **S**ed ad particularia descendamus: ac de vitiiis, que ex singulorum humorum copia prædominante proueniunt, explicemus. Et in primis de sanguineorum Complexione id medici statuunt: sanguinem spiritus alacres ac perfectos gignere: quo fit ut sanguinei & lætitia exiliant, & in risum & cachinnos soluti fundantur, spiritum minime teneant, alios ad idem